Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hic dicat Exorcista ad aures obsessi hunc punctum.

Exite angeli apostatici, exite in nomine patris, exite in nomine filij, exite in nomine spiritus sancti: per hanc ueritatem, sicut dominus noster Jhesus Christus sacratissimo ore suo dixit apostolis suis: Ite in mundũ uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, quòd est solus homo participans cum omni creatura propter dignitatem. Nam omnia subiecit sub pedibus eius, ideo non in nostra uirtute, sed in uirtute omnipotentis Dei, et domini nrĩ Jhesu Christi, qui dixit discipulis suis: si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, trãsi, et iacta te in mare, Sic ego præcipio uobis montibus nequam, altis per superbiam, ut transeatis ab hoc homine, et iactetis uos in desertum locum, usq; ad nouissimum iudicium, ubi mullj creaturæ nocere possitis, per potentiam omnipotentis: per ipsum qui uenturus est. etc.

Dicat ad aures patientis.

Ex quo ergo dominus Jhesus Christus pro peccatis istius christiani hominis aut parentum suorum, aut in purgationem peccatorum preteritorum, aut sibi